

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Evthyphro Platonis, vel, de sanctitate

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

didicerunt. In Creta praeterea inter ceteras Minois ipsius leges haec extat. Ne inuicem compotetis ad ebrietatem.

Constat autem cum qua honesta censebat, ciuibus suis obseruanda mandasse. Neq; Minos improbi hominis instar, alia ipse fecisset, alia faciendâ mandasset. Ceterum erat consuetudo illa, vt dixi, disciplina gratia verborum colatio, proptereaq; leges huiusmodi ciuibus suis instituit, quarum obseruatione Creta per omne tempus est felix, ac etiam Lacedaemon, ex quo is legibus, utpote diuinis, uiri

Rhadamanthus iudex peritus, non legis conditor.

corpis. Rhadamanthus autem uir quidem bonus extitit, à Minos si quidem instructus erat: nec tamen regiam disciplinam omnem, sed regi tantum ministrare in iudicijs dicit: unde iudex peritus appellatus est. Eo plane ueluti legum custode per urbem usus est Minos, ad reliquam uero Cretam custode Talo. Talos enim ter quot annis pagos omnes lustrabat, leges eorum obseruaturus, tabulis aereis leges in sculptas circumferens: unde aereus nominatus est. Hesiodus praeterea similia quadam in ipsum. Minos em intulit. Nam cum nominis illius mentionem fecisset, inquit. Qui mortalibus regibus praesitit, pluribusq; gentibus imperauit, Iouis sceptrum habens quo ciuitates regebat, hic item sceptrum Iouis nihil aliud uocat, quam Iouis doctrinam, qua Creta oem moderabatur. MIN. Quam igitur ob causam o Socrates, fama haec iter homines diffusa est, Minos em ipsum rudem, durumq; hominem extitisse? soc. Ob quam & tu, o uir optime, & unusquisque alius cui fama cura est, si modo sapientis, diligenter cauere debetis, ne poeticum hominem insensum aliquem habeatis. Poeta quippe vim maximam in utraq; partem, & ad laudandum, & ad uituperandum habent. qua in re profecto Minos deliquit, cum huic urbi bellum indiceret, quae cum ceteris sapientibus plurimis, tu uel maxime poetis ois generis, ac tragicis praesertim referta est. Tragedia uero hic est antiquissima, nec ut pleriq; putant à Thespiade, aut à Phrynicho sumpsit initium: sed si perscrutari uolueris, reperies tragediam longe antiquius huius ciuitatis inuentum. Haec autem ex uniuersa poesi popululum uehementer oblectat, atq; alicui auditores, qua nos Minos ferientes, uel sumus: sed & huius gratia tributa illa pede re nos cogit. In hoc igitur deliquit Minos, cum nos accesserit, ex quo euenit quod ipse queris, ut infamis euaderet. Quoniam quod uir bonus atq; legitimus, ut supra diximus et excellens pastor populi fuerit, leges eius argumto sunt, quae immutabiles persenerat, utpote uera ciuitatis gubernatione reperta. MIN. Verisimilem rationem, o Socrates, attulisse uideris. soc. Nonne igitur, si uera loquor, uidentur tibi Cretenses Minois Rhadamanthiq; ciues antiquissimis legibus uti? MIN. Videntur sane. soc. Isti ergo priscorum omnium legumlatores excellentissimi fuerunt, hominumq; pastores, quemadmodum & Homerus exercitus ducem pastorem populi nuncupat. MIN. Profusus. soc. Age itaq; per Iouem amabilem, si quis nos roget, conditor legum circa corporis ualetudinem, quid corpori adhibet ut bonam ualetudinem tueatur? responderemus utiq; recte ac breuiter, quod nutrimentum & exercitium, tu intendens, tum remittens, atq; ita corpus componens. MIN. Probe. soc. Si posthac iterum querat, lator legum ad animam pertinentiu, eiusq; pastor optimus quid illi adhibens meliore efficit? quid nos huic potissimum respondebimus, ut minus de nobis ipsis deq; atate nostra erubescamus?

M. I. Quid dicam nescio. soc. At turpe nimium utriusq; nostrum animis est, si qua sibypsis bona, malae sunt ignorare, quae uero ad corpus, & ad alia pertinent, cognoscere uideantur.

EVTHYPHRO PLATONIS, VEL, DE SANCTITATE.

MARSILII FICINI ARGUMENT.



EVTHYPHRO totus in consutatione uersatur. Quo factum est, ut nonnulli Platoniorum hunc librum quemadmodum Euthydemum & Hippium, litigiosum uocauerint. Sed reuera, dum falsas Euthyphronis de sanctitate opinionones Socrates confutat, ueniantibus ueritate illius uestigia signat. In hoc igitur libro, atq; etiã in Georgia sanctitatem Plato nominat eã iustitia partem, quae summo deo tribuit. Sui tribuit deo, qui illa quae sine medio accepit à deo, deo reddit. Corpus quidem ut Plato in lib. De natura disputat, ab elementis quattuor, naturalis speciei complexionem, à caelestibus sphaeris, partes àe quae trahuntur affectibus à demonibus & animis siderum sphaerarumq; suscepimus: rationem uero ac mentem nostri patetis imaginem, ab ipso mundi totius opifice sine ullo calicularum aut demonum ministerio. Haec itaq; dei sunt, haec deo reddenda, atq; haec retributio sanctitatis nuncupatur. Quae praecedit pietas, religio sequitur. Est enim pietas dei parentis agnitio. Sanctitas, eius quod dei est, deo agnito retributio. Religio, eius quod deo redditum est assidua meditatione iustisq; operibus cum deo ipso indissolubilis religatio: ut merito sapiens ille dixerit, funiculum triplicem difficile solui, funiculum inquam ex pietate, sanctitate, religioneq; conexum. Pietas sanctitatem excitat, sanctitas pietatem confirmat et sancit. Sanctitas quoque religionem mouet. Religio religat sanctitatem: prius enim hoc uel instinctu, uel inspiratione, uel admonitione opus est, quo deum unum nostrum esse parentem fide indubia cogitemus, quam pietate esse uolumus. Cui quis ista concepit, mox oem mentis et rationis intentionem in deum noscendum amandamq; figit. Atq; hunc in cognoscenda amandaq; diuinitate frequenter intuitum sanctitatem Mercurius, quoq; desinit. Ex hac flagranti in deum intentione mentisq; ardore fit ut oia dei opera, instituta, mandata meditemur exerceamusq; & assiduo quocumq; ad eius uenerationem pertinet, relegamus. Quamobrem nos ipsos relegando religantes deo, religiosi sumus. Hac autem definitione & distinctione praemissa, quae de sanctitate in Euthyphrone, uel alibi à Platone dicitur, perspicua sunt. Cumq; dicitur sanctum quod amatur à deo, uerum est: sed quia sanctum, amatur à deo, non quia amatur est sanctum. Et quia amatur, amatum est: non tamen quia amatum, amatur: quoniam non idem est omnino sanctum atq; amatum. Neque enim sanctitatis ratio in ipso amatum esse, sed ipsa potius retributione ac deuotione consistit. Praeterea cum dicitur, Sanctitas cura ministrata dei, uerum quoq; dicitur. Sed ad quod opus dei ministrat? Ad conuersionem animae. Opus enim dei est, creare, conuertere, purgare, illuminare, perficere. Cui primum per pietatis instinctum inspirando conuertere deus ad se incipit animam, illa ipsa assensio qua sese libenter in conuertentem deum animus ipse restituit, sanctitas nuncupatur, quae quidem ministrata dei est ad conuersionem perficiendam. Additur postremo, Sanctitas scientia uouendi, & sacrificandi deo. hoc maxime ad religionem pertinet, quae sanctitatem, ut diximus, comitatur. Uouendo petit, sacrificando dat. Quid petit à deo? seipsum. Quid deo dat? seipsum. Ideam si quae in mente diuina est petit, quam Mercurius petit à Pimandro. Dat autem naturam suam Ideae participare.

Pietas. Sanctitas. Religio.

Funiculus insolubilis.

EVTHYPHRO, SOCRATES.



VID noui o Socrates accidit, quod Occasio dialogi. praeterrmittens exercitationes in Lyceo, circa regis porticum hic uersaris? Neque enim causa nunc tibi uia est, quemadmodum mihi ad regem. soc. Non causam hanc Euthyphro, sed ac consationem Athenienses uocant.

EVT. Quid ais? num te aliquis accusauit? Non enim te d alium

Tragedia Athenarum antiquissimum inuentum.

Tragedia Athenarum antiquissimum inuentum.

alium accusasse putarem. SOC. Non sanè. EVT. At uerò te alius? SOC. Prorsus. EVT. Quis iste? SOC. Nec ipse quidem ò Euthyphro virum hunc satis agnosco. Inuenis enim quidem & ignotus esse videtur: vocant autem illum ut puto Melitum ex Pittheo populo, si quem tu Pittheum Melitum noscis prolixis defluisq; capillis, aquilino & gibboso naso, barbaq; rara. EVT. Haud recorder, ò Socrates, sed cuius te reum fecit? SOC. Cuiuscunque. In ea tamen, ut mihi videtur, accusatione non ut ingenerosus se gessit. Nam iuuenem hominem rem tantã nouisse, non vile quiddam est. Ille siquidem ut ait, quò iuuenes corrumpantur, & qui eos corrumpant, intelligit: ac sapiens propemodum apparet, meamq; inscitiam conspicatus quasi suos aequales peruertam, ad patriam me velut ad matrem accusaturus confugit, adeo ut mihi solus ipse rectè præesse rebus ciuilibus uideatur. Nam in primis iuuenem cura suscipienda est, ut quamoptimi uiri fiant: quemadmodum bonum agricultorem teneriores primum plantas curare decet, ac deinceps alijs providere. Etenim & Melitus fortasse primum nos purgat iuuenem, ut ait, germina corrumpentes, posthac senioribus quoq; curam adhibens plurimorum ingentiumq; bonorum ciuitati causa erit, ut consentaneum est eum facere, qui principium huiusmodi dedit. EVT. Vellem equidem ò Socrates, sed vereor ne contrã contingat. Nam prorsus ab ipso statim initio mihi videtur huic urbi nocere uelle, qui iniuria te afficere tentat. Et mihi dicas, quid te agentem, iuuentutem inficere prædicat? SOC. Absurda quadam auditu ò uir mirifice. Inquit. n. confictorem me esse deorum, & ut nouos inducentem deos, prisicos uero negantem, me (ut inquit) deorũ gratia incusauit. EVT. Intelligo iam ò Socrates, quod ipse dæmonium tibi passim adesse profiteris. Vnde aduersus te tanquam diuinas res innouantem, accusationem hanc inscripsit, & in iudiciũ te calumniaturus adueniat, quippe cum nouerit ista facile vulgo calumniam subire posse. Me quoque cũ de diuinis in concione pertracto futurã prænuñtians, tanquã insanientem vident, licet nihil unquam nisi verum prædixerim. Nobis enim ceterisq; huius generis omnibus in uident: nihil aut de ys curandum, sed interim eadem ratione pergendum. SOC. O amice Euthyphro, irrideri fortassis nil refert. Atheniensibus nempe, ut mihi videtur, non admodũ cura est, si quem peritum esse putent, modo ne sua perdoceat alios. Quem uero peritua propria ceteros imbuentem sentiunt, insectantur, siue id liuore quodam, ut asseris, conciti, siue alia de causa. EVT. Equidẽ isthuc, quo tandem modo erga me affecti sint, haud admodum experiri cupio. SOC. Forte enim tu raro te ipsum alijs exhibere uideris, tuamq; nolle sapientiã propagare. Ego autẽ uereor ne ob humanitatem, qua erga mortales oēs sum, passim & effuse nimis uniuersis me præbere uero ipsis uidear, non sine mercede duntaxat, uerumetiam uero me meaq; offerre solitus, si quis audire modo uelit. Si me igitur, ut nunc dicebam, derisuri essent, quemadmodum tu derideri te dicis, nihil sanè molestum foret à iocantibus uidentibusq; in iudiciũ trahi. Sin isthuc serio cõtendunt, quò tandem res euadat, præterquã uobis uaticinantibus incertum est. EVT. Nihil forte negotij ò Socrates erit, pro mentis uiribus in causa tua certabis, ego autem ut arbitror in mea. SOC. Num

aliqua etiam tibi causa est? reus ageris, an accusas? EVT. Accuso. SOC. Quem? EVT. Quem dum persequor, insanire uideor. SOC. Quid? Volentem forte quẽpiam persequeris? EVT. Procul admodum abest ut uolet, qui iam grandis est natus. SOC. Quis iste? EVT. Pater meus. SOC. Tuusne ò uir optime? EVT. Prorsum inquit. SOC. Quod crimen, qua causa? EVT. Homicidij Socrates. SOC. Prò Hercules, nimirũ ò Euthyphro ignoratur vulgò quo pacto hoc rectè fiat. Neq; enim puto cuiusuis opus est, rectè hæc agere, sed alicuius sapientia longè prouecti. EVT. Longè per Iouem. SOC. An domesticorũ quissiam à patre peremptus est? nõ scilicet? Non. n. ob extraneũ aliquem homicidij patrem accusares. EVT. Ridiculũ est ò Socrates, si quid interesse censes, domesticusne an extraneus sit occisus, neq; id duntaxat obseruandũ esse, utru iure occiderit, quisquis occidit, necne. Quod si iure, dimittendum: sin aut iniuria, persequendũ, licet qui peremit, domesticus familiarisq; sit. Aeq; enim inquinaremur si sceleris conscij acquiesceremus, nec illũ atq; nos ipsos iudicio expiaremus: quanquã qui perijt, cliens atq; minister meus erat, qui cu in Naxo in agriculturã incumberemus, nobis mercede seruiuit. contumelia igitur & ira in domesticũ quendam nostrum cõcitus eũ continuo iugulauit. Vnde pater obligatis manibus ac pedibus in foueã coniecit: atq; huc misit hoĩem qui iuris interpretem quid agendũ esset interrogaret. Interea uinũ illũ ut homicidam neglexit, quasi nihil oĩno referret, si forte deficeret. Quod & accidit: nam priusquam ab interprete nũcius ipse rediret, fame, frigore, uinculis perijt. Hac de causa pater ceterisq; propinqui grauitè ferunt, quod propter homicidã mortẽ, patrem reum necis peragã, qui ut ipsi aiunt, minimè interfecit, uel si etiã interemisset, de homicidã interitu nihil esse curandum. Impiũ enim esse ferunt filium patri die dicere, male dijudicantes ò Socrates, quò diuinum numen circa sanctum prophanũ se habeat. SOC. Tũpe per Iouem ò Euthyphro sic te sincere diuina, sancta, & prophana quomodo se habeant, scire psumis, ut ys ita peractis, quemadmodũ inquit, haud formides ne patrem reũ necis accusans prophanũ aliquid aggreduaris? EVT. Nihil mihi studium meũ prodesset ò Socrates, nec ratione ulla Euthyphro tot mortalibus præstaret, nisi talia quadam plane dignoscerem. SOC. O admirãde Euthyphro, nil potius est, quam ut discipulus tuus siã, et in contentione qua mihi cũ Melito est, in primis ista obijciã, quod scilicet hæctenus diuinorũ cognitionem maximi quidẽ feceris: nunc aut post quã me propria uanaq; opinione nouos deos confingere dixerit, discipulum tuum esse factum. Si ergo ò Melite, dicam, Euthyphronem in ys rectè sentire putas, me quoque existima, neque damnes. Sin minus, præceptorem illum prius quã me in iudiciũ accersito, senes homines corrumpentem, me scilicet atque patrem, me quidem docentem, illum uerò corrigentem & punientem. Quod si mihi non obsequatur, neque remittat iudiciũ, neque pro me te accuset, eadem illa in iudicio tu dicis, qua ego obijci. EVT. Ita per Iouem ò Socrates: nam si me accusare tentauerit, reperiã ut opinor, ubi illo debilis infirmusque sit, ac multo prius de illo quã de me in iudicio disceptabitur. SOC. Atqui ego ò dulcis amice considerans, discipulus tuus esse uelim: cum norim quod

quod & alius fortasse quidem, & Melitus iste te quidem ne vidisse quidem videtur, me vero sic acute prorsus, facileque perspexit, ut impietatis hic accusaverit. Nunc ergo per Iouem mihi dicas quod plane nosse asseuerasti, quid pius, qui due impium esse velis, & in nece, & in ceteris omnibus. An non idem est in singulis actionibus ipsum sibi sanctum? & profanum rursus omne sancto contrarium, ipsum vero sibi ipsi simile, unamque secundum quod profanum est, ideam habet, quodcunque profanum esse debet? EUT. Omnino o Socrates. SOC. Dic ergo quid sanctum, quid profanum uocas? EUT. Sanctum quidem uoco, quod ipse nunc facio. Eum qui iniuste agit vel circa caedes, vel sacrilegia, vel aliud huius generis, in iudicium trahere, seu pater, siue mater, siue quouis alius deliquerit. Contra vero profanum. Quin uide quaso o Socrates quam ualida tibi legis coniecturam referam, quod ita si quemadmodum alijs quoque narraui, decens tum demum recte agi, cum nulli prorsus peccanti quisquis ille sit, parcimus. Nam fatentur omnes Iouem ipsum deorum omnium optimum atque iustissimum esse, quem tamen patrem suum ligauisse ferunt, quod natos absque iure deuorauisset. Illum praeterea patre castrauisse ob talia quadam asserunt. Mihi uero succensent quod parentem iniustitia obnoxium persequor. Atque ita homines isti sibi ipsi tam de dijs, quam de me contraria sentiunt. SOC. Atqui hanc ob causam o Euthyphro accusor, neque quid respondeam satis habeo. Nam quoties de dijs talia quadam quis diceret, moleste fererem, qua de causa, ut uidetur, peccare me ferunt. Nunc autem si tibi haec ita uidentur harum rerum perito, necesse est nos etiam consentire. quid enim aliud diceremus? quippe qui nihil de ijs intelligere praedicemus. Ceterum per Iouem amicabilem mihi dicas, an ipse sic ista reuera euenisse putes. EUT. Et mirabiliora insuper o Socrates, qua multis occulta sunt. SOC. Bellum igitur inter deos agitari inuicem arbitraris, inimicitiasque & pugnas aliaque permulta, quae a poetis, & peritis scriptoribus memorantur? Unde & alia nobis sacra huiusmodi uarietate sunt plena, & in magnis Panatheneis pepulum ijs pictum in arce infertur. An haec uera o Euthyphro esse fatebimur. EUT. No haec sola, o Socrates, sed quod paulo ante dixeram, alia quoque multa, si uelis, de diuinis exponam: quae cum audieris, scio quid loquor, nimirum obstupesces. SOC. Nequaquam mirarer. uerum ista deinceps maiori cum ocio referes, in praesentia uero quod modo quaesui explicare planius nitere. Neque enim principio sufficienter amice me docuisti, cum quid sanctum esset interrogarem sed id sanctum esse dixisti, quod tu nunc ageres, dum necis reum patrem tuum accusas. EUT. Et uera nimum o Socrates dixi. SOC. Fortè. sed num alia multa o Euthyphro sancta nuncupas? EUT. Et alia. SOC. recordare igitur quod non hoc abs te petij, ut unum me aut duo ex multis sanctis, sed illam ipsam speciem, qua puncta sancta sunt, sancta doceres. Dixisti enim una idea omnia sancta, sancta esse, atque una iterum quae sunt profana, profana. EUT. Equidem. SOC. Quanam sit ea ipsa idea mihi demonstra, ut ad illam respiciens, eaque tanquam exemplari aliquo utens, quodcunque tu, uel alius quouis tale facitis, sanctum esse decem: quod autem dissimile, negem. EUT. Si ita uis o Socrates, ita dicam. SOC. Imò uolo. EUT. Quod quidem dilectum dijs, sanctum

est: quod uero non dilectum, profanum. SOC. Quam pulcherrimè o Euthyphro, utque te respondere iubebam, sic denique respondi: utrum tamen uerum responderis, nondum noui, sed tu plane uera haec esse nobis ostendes. EUT. Omnino quidem. SOC. Age itaque id de quo dicimus, consideremus Deo dilectum opus sanctum, ac uir Deo dilectus, sanctus: opus autem inimicum Deo profanum, & uir Deo inimicus, profanus dicitur. Sanctum uero et profanum non eadem sunt, sed omnino contraria. nonne? EUT. Sic est. SOC. Num probè dicta haec esse uidentur? EUT. Sic existimo, dicta enim sunt. SOC. Nonne dictum est deos inuicem dissidere, atque pugnare, inimicitiasque inter eos esse? hocne etiam dictum? EUT. Dilectum profecto. SOC. Inimicitias autem & iras, o optime, dissensio de quibusdam gignit. Hoc ita consideremus: nunquid si ego & tu de numero dissentiremus, utra sint plura discutientes, dissensio huiusmodi nos inimicos faceret, et iracundiam concitaret, an potius ad computandi rationem confugientes, mox ab hac dissensione cessaremus? EUT. Prorsus. SOC. Et si de maiori ac minori dissentiremus, nonne ad mensuram recurrentes, statim controuersiam solueremus. EUT. Vera haec sunt. SOC. Ac si ad ponderandum librandumque tendamus, seditionem circa grauius, & lenius dissoluemus? EUT. Quidni? SOC. Quae sunt igitur ea de quibus quum dissentimus, nec iudicare facile possumus, inimici efficimur, & irascimur? Forsitan in promptu non habes. Verum ego dicam, tu considera utrum ista sint, iustum, & iniustum: pulchrum, & turpe: bonumque, & malum. nunquid haec sunt de quibus cum dissentimus, nec possumus ad sufficiens horum iudicium peruenire, hostes efficimur quoties in hostiles inimicitias incidimus, & ego & tu ac demum homines uniuersi? EUT. Haec utique dissensio est o Socrates, & quae circa ista uersatur. SOC. Et dijs o Euthyphro, si de aliquo dissentiant, de his certe dissentient. EUT. Neesse est omnino. SOC. Et dijs itaque o generose Euthyphro, alij alia iusta putant secundum orationem tuam, & pulchra, & turpia, bonaque & mala. Nunquam enim inuicem decertarent, nisi de his dissenserit. an non? EUT. Rectè loqueris. SOC. Nonne quae pulchra singuli putant, bonaque & iusta, haec amant? quae contraria, prorsus oderunt? EUT. Omnino. SOC. Eadem uero, ut ais, alij iusta, iniusta alij censent, de quibus disceptantes contendunt inuicem, atque pugnant. num ita? EUT. Ita. SOC. Eadem igitur ut uidetur, a dijs amantur, odioque habentur, atque eadem haec tum dijs amica, tum etiam inimica. EUT. Videtur. SOC. Hac ratione o Euthyphro, eadem sancta erunt simul atque profana. EUT. Apparet. SOC. Non ergo quod quaesieram o uir admirabilis, respondi. non enim id uolebam, quod et sanctum & profanum simul esse contingit: quod uero Deo amicum est, Deo quoque inimicum esse uidetur. quamobrem o Euthyphro, quod nunc agis parentem puniens, nihil mirum esset, si hoc Ioui amicum contingeret: Saturno autem, & Calio inimicum: & Vulcano quidem gratum, Iunoni molestum, & si quis deorum alius de ipso ab alio dissidet. circa illos enim similiter eueniret. EUT. At opinor, o Socrates, in hoc deorum nullum ab alio discrepare, quod qui iniuste quenquam peremit, pœnas pendere debeat. SOC. Num hominem

Secunda de finitio sancti reddita.

Dissensio de re facit iras & inimicitias.

Iusta, & iniusta, pulchra, et turpia, bona, et mala sunt ea, quae qui non possunt iudicare, irascuntur.

Prima definitio sancti

Confutatio

d y aliquem

aliquem à Euthyphro, in hoc aliquando dubitantem au-
disti, quòd hominem iniuste occidente, aut aliquid aliud
agentem iniuste, pœnas dare non deceat. E V T. Nun-
quam de ijs disceptare cum alibi, tum etiam in iudicij ces-
sant, qui enim peccarunt, cuncta dicere & agere expe-
riuntur, quibus pœnam deivent. S O C. An iniuste agere
confitentur? ac simul aiunt pœnas pendere non decere?
E V T. Id nullo modo. S O C. Non ergo cuncta dicunt fa-
ciuntque: hoc enim ut arbitror dicere, aut ambigere ne-
quaquam audent, quod de iniustis supplicium sumendum
non sit: sed aiunt potius nò iniuste fecisse. an non? E V T.
Vera loqueris. S O C. Haud igitur in hoc ambigunt, utrũ
iniustum puniri oporteat? verum de hoc potius inter se di-
sceptant, quis iniuste fecerit, & quid agendo, & quã-
do. E V T. Vera narras. S O C. Nòne eadem hæc dijs acci-
dunt, si de iustis atque iniustis, ut oratio tua testatur,
dissentiunt? Atque ij quidem iniuste facere asserunt,
alij negant, postquam illud ò vir mirabilis nullus homi-
num, uel deorum dicere audent. Iniustum videlicet pœnas
nequaquam dare debere. E V T. Ita vera enim summam
dicis ò Socrates. S O C. De unoquoque ut puto, eorum qua
facta sunt, disceptant ò Euthyphro, quicunq; ambigunt,
siue homines, siue dij: si modo dij ambigunt, dum de ali-
qua actione dissentiunt, partim quidem iustam, partim
verò iniustam fuisse dicentes. An non isto modo? E V T.
Omnino. S O C. Ò amice Euthyphro, me quoq; ut sapien-
tior siam, doce, qua coniectura potissimũ asseris quòd dij
cuncti illum iniuste peremptum existiment, qui mercede
ministrans homicida factus ab interfecti domino uinctus,
vinculis antè perijt, quam qui ligauerat, à iuris inter-
prete quid agendũ cognosceret? atq; ob hoc rectum esse ut
filius patrè in capitis discrimen inducat? Age obsecro,
de ijs aliquid mihi clari demonstrare coneris, quòd òno
dijs oēs actionem hanc rectam existiment: quòd si suffi-
cienter ostenderis, nunquam sapientia tua laudes prædi-
care desistat. E V T. At forte non paruum opus est hoc ò
Socrates, nã ostendere quidem planè admodũ tibi possem.
S O C. Intellego iam, quòd ad percipiendum tardior quam
iudices esse tibi videor, quippe cum illis liquido monstra-
turus sis hæc esse iniusta, omnesq; talia deos odisse. E V T.
Perspicue nimium ò Socrates, modo me dicentem audiãt.
S O C. Atqui audient, si benè dicere illis videberis. Il-
lud autem loquente te cogito, & meipsum obseruo, quòd
licet vel maximè Euthyphro me doceat, deos oēs hanc
mortè iniustam ducere, qui magis inde ab Euthyphrone
didicero, quid sanctũ, quidue prophanum sit? Deo qui-
dem inimicum opus hoc esset: attamen ab hoc paulò antè
discreta hæc esse minimè visa sunt, sanctũ scilicet, et nò
sanctum: quòd n. Deo amicum, Deo èt inimicum appa-
ruit. Quamobrem hoc tibi dimittam ò Euthyphro: &
si Vis, dijs oēs iniustum putent, et oderint. Veruntamen
hoc iam in sermonem sic emèdemus ut quòd dij oēs oderint
prophanum: quòd contrà omnes ament, sanctũ sit. Qua
verò partim ament, partim oderint, neutra sint, uel si-
mul ambo. Num ita Vis nunc sanctum, & prophanum
nobis esse distinctũ. E V T. Quid, ò Socrates, prohibet?
S O C. Nihil ad me ò Euthyphro, sed tu, quòd ad te atti-
net, cogita utrum ista ponens, sic me facile quòd pollici-
tus es, doceas. E V T. Equidem sanctũ quòd dij oēs ament,
esse faterer: prophanum contrà, quòd oēs oderint. S O C.

Tertia defi-
nitio.

An hoc iterum discutiendum, utrũ rectè dicatur nẽene?
Vel potius omittendum atq; ita & nobisipsis & alijs in-
dulgere debemus ut quicquid dictum fuerit, admitta-
mus? an quòd dictum examinandum? E V T. Discutiend-
um, quanquam hoc nunc benè dictum existimo. S O C.
Forfitan ò bonè vir, melius isthuc intelligemus. sic enim
cogita, utrum sanctũ quã sanctum est à dijs amatur?
Vel quia à dijs amatur, est sanctum? E V T. Haud intel-
ligo quid dicas ò Socrates. S O C. Apertius explicare co-
nabor. Dicimus quiddam latũ & ferens, ductum &
ducens, visum & videns, atq; hmõi cuncta: num hæc
diuersa esse, & quã diuersa sunt intelliges? E V T. Intel-
ligere mihi videor. S O C. Nòne et amatũ aliquid est, &
aliud pter hoc amans? E V T. Quidni? S O C. Dic obsecro:
latũ quia fertur, latum est, an ob aliquid aliud? E V T.
Nequaquam, imò ob hoc ipsum. S O C. Et ductum similiter
quia ducitur, & visum quia videtur? E V T. Maximè.
S O C. Non ergo quia visum est videtur, sed contrà, quia
videtur, est visum: nec quia ductũ ducitur, sed quia du-
citur, ductũ: nec quia latũ fertur, sed quia fertur est la-
tum. Nòne perspicuũ est ò Euthyphro, quid inferre ve-
lim? Volo autè hoc: siquid fit, aut patitur aliquid, non
quia factũ est fit, sed quia fit potius factũ: nec èt quia pa-
tiens est patitur, sed quia patitur patiens. Admittis hæc?
E V T. Admitto equidè. S O C. Nòne et amatum aut fa-
ctũ aliquid est, aut aliquid ab aliquo patiens? E V T. Pro-
sus. S O C. Hoc igitur eodè modo quo superiora se habet: nò
quia amatũ est, amatur à quibus amatur, sed quia ama-
tur amatũ. E V T. Neesse. S O C. Quid itaq; de sancto dici-
mus ò Euthyphro? an quòd ab oibus dijs amatur, ut ora-
tio tua testatur? E V T. Imò. S O C. Nũquid ob hoc quòd san-
ctũ est, an ob aliud quiddã? E V T. Ob hoc ipsum. S O C. Ergo
quoniã sanctum est, amatur, non quoniã amatur est san-
ctũ. E V T. Videtur. S O C. Veruntamen quoniã à dijs
amatur, amatũ est, atq; dijs amicũ. E V T. Quid prohibet?
S O C. Non ergo deo amicum, sanctũ est ò Euthyphro,
neq; sanctũ amicũ deo, ut tu ais, sed hoc aliud est quam
illud. E V T. quãnam ratione ò Socrates? S O C. Quoniã
confitemur sanctum ob id amari, quia sanctum est: non
quia amatur, esse sanctũ, nòne? E V T. Certè. S O C. Ama-
tum autè à Deo, eo ipso quo amatur à Deo, Deo amatum
esse, non quia amatum à Deo, amari. E V T. Vera loque-
ris. S O C. Verum si idem esset Deo amatum atq; sanctũ,
tunc aut quia sanctum est, amaretur quòd est sanctũ, atq;
ita quia Deo amatum, amaretur à Deo quòd Deo amatũ
est. Aut quia amaretur à Deo quòd amatũ Deo est, Deo
amatum esset, atque ita quòd sanctũ est, ex eo quòd ama-
retur esset sanctum. Nunc autè uides quòd opposito modo
se habent, utpotè quã inter se diuersa sunt, hoc enim, sci-
licet amatum Deo, quia amatur tale est ut sit amatum.
Illud autem scilicet sanctum, quia tale est ut ametur,
amatur, & amatum est. Viderisq; ò Euthyphro, quum
quid sanctum sit, interrogatus fueris, essentiam illius
ostendere noluisse, sed passionem quandam assignauisse,
quam hoc sanctum suscepit, ab omnibus videlicet dijs
amari. quid autem sit, nondum explicuisti. Si itaque
ubi placet, ne me celes, uerum à principio rursus definias,
quid ipsum sanctum existēs, vel amatur à Deo, vel aliud
quiduis patitur: neque enim de hoc inuicem dissidebi-
mus, Sed promptè iam dicas quid sanctum est, quidue
propha-

prophanum. EVT. At ò Socrates, quomodo tibi quod cogito, exprimam, non inuenio. Semper enim nobis quod proposuimus, oberrat, neq; consistere vult, vbi sistimus. SOC. Progenitoris nostri Dædali, ò Euthyphro, opera esse quæ dixisti, videntur. Quod si ego illa dixissem atq; posuissem, forte merisisses, ioco quodam obijciens, quod orationis meæ artificia secundum illius cognationem diffugiunt, neq; per manere volunt, vbi quis illa locauit. Nunc aut cum tuæ suppositiones istæ sint, alia quadam opus est dicacitate: neque n. tibi permanere volunt, vt tibi quoque videtur. EVT. Imò mihi videtur ò Socrates, quæ dicta abs te sunt, eadē penē dicacitate iocog, notari posse: quod n. illa oberrant, ego minime in causa sum, sed tu mihi Dædalus ipse videris: quantum nāq; in me est, sic illa mansissent. SOC. Videor igitur ò amice, eo in hac arte quàm ille p̄stator, quo ille sua solū instabilia fabri cabat, ego aut prater mea, ut apparet, etiam aliena. Idq; mihi est in arte pulcherrimum, quod inuitus sum sapiens. Malim nanque rōnes mihi manere, immobilesq; consistere, quàm supra Dædali sapientiam, Tantali quoq; diuitias assequi. Postquam vero tanquā delicatior, laborem subterfugere mihi videris, ego vnā tecum declarare contendam, vt me circa ipsum sanctum erudias, nec in medio sermone deficias. Vide nū tibi necessarium videatur omne sanctū esse iustum. EVT. Mihi uerò. SOC. Nunquid & omne iustum sanctū? aut potius omne sanctum iustum? Iustum uerò non omne quidem sanctum, sed partim sanctū, partim aliud quiddam? EVT. Ego uerò ista uerba tua haud consequor. SOC. Veruntamen iunior me nihilò minus quàm sapientior es, sed, vt dixi delicatior es ob sapientia copiā. At ò beate, vires tuas excita, enitere. Nihil n. arduum est quod dicebam comprehendere. Contra enim statuo quàm Poëta qui dicit. Scribere cur metuum, quum scribo de Ioue summo? Nanque metus secum socium trahit vsque pudorem. Ego aut à Poëta hoc discrepo: Vis quo discrepo, tibi dicam? EVT. Prorsus. SOC. Non videtur mihi vbiq; timor est, ibi etiam pudor existere. Nam multi paupertatem ac morbos ceteraq; hmōi, vt mihi videtur, metuūt, neq; tamen pudore vllō in ijs afficiuntur: tibi uero nōne idē? EVT. Et mihi. SOC. At vbiq; pudor, ibi & timor. An quisquā est qui pudore afficitur atq; erubescit, opinionē prauitatis non formidans? EVT. Formidat certe. SOC. Haud igitur recte dicitur, vbi timor, ibi pudor, sed vbi pudor, ibi & timor: neq; tamen vice versa, vbiq; pudor, ibi etiā pudor. Amplior n. vt arbitror, est timoris quàm pudoris natura: siquidē pars timoris est pudor, quemadmodū numeri pars est impar. Ideoq; non vbiq; numerus, ibi impar: vbi tamē impar, et numerus est: nō tenes? EVT. Maximè. SOC. De hoc in superioribus percontabar: Verum vbi iustū, ibi & sanctū: an vbi sanctū, ibi iustum: vbi tamen iustum, nō semper & sanctū: pars quippe iusti sanctum est. Itāne igitur, an aliter dicemus? EVT. Sic vtiq; probē enim dici videtur. SOC. Vide uero quod sequitur: si enim sanctū iusti pars est, oportet nos, vt apparet, cuiusmodi iusti pars sanctū sit, inuenire. Si tu ergo me modo aliquid p̄di etorū interrogares, vt puta par, cuiusmodi pars numeri, & quis numerus sit: responderē profectō, qui non laterū omnium inæqualium, sed æqualium duorum sit. An

non idem tibi videtur? EVT. Mihi certē. SOC. Conare igitur tu quoq; me ita docere, cuiusmodi iusti pars sanctū est, vt & Melito confestim obijciam, ne vterius iniustitia nos & impietatis accuset: quippe cū abs te quæ pia, quæ sancta, quæ ue contraria sunt ad sufficientiā didicerimus. EVT. Iusti igitur partē ò Socrates sanctum & piū esse reor, quæ scilicet circa deorū curam uersatur: Eā uero quæ ad hominum curam pertinet, reliquam esse iniusticia partem. SOC. Probē ò Euthyphro dicere mihi videris, sed paulū quid praterea requiro. Curam enim quam Voces, nondū intelligo. Neq; fortē dicis hanc curam tale esse, quales cura sunt quæ ad alia spectant. Vt ecce cū dicimus: Non quiuis equos curare nouit, sed equester: an non? EVT. Prorsus. SOC. Equesteris nāque facultas equorum cura est. EVT. Vtique. SOC. Et Venatoria canū, & bucolica bouū. EVT. Omnino. SOC. Sanctitas autē ac pietas cura deorū: sic uerò ò Euthyphro asseris? EVT. Assero. SOC. An non cura oīs idem intendit, vt hoc huiusmodi bono & vtilitati sit ei quod curatur? Vt equi ab equestri diligentia iuuantur, ac meliores euadunt. An nō sic videntur? EVT. Mihi planē. SOC. Et canes à Venatorū peritia, & à bucolica boues, ac reliqua cūctā similiter. Aut uero in dānum eius quod curatur, curā tēdere putas? EVT. Non per Iouem? SOC. Ad vtilitatē uerò? EVT. Quis dñi? SOC. Sanctitas quoq; cum deorū cura sit, dys ne prodest? ac meliores efficit? ac cur nō hoc tu quidē concederes, vt cū sanctum quippiam peragas deorū aliquem facias meliōrē? EVT. Nunquam per Iouē. SOC. Neq; ego ò Euthyphro id te dicere arbitror: lōgē n. à me suspicio hæc abest: propterea te rogavi qualē mnam curam deorū diceres, non existimans hmōi quandam te dicere. EVT. Et rectē equidē ò Socrates, non enim talena assero. SOC. Esto, sed quā tandem eorum cura sanctitas erit? EVT. Quæ ò Socrates serui dominos curant. SOC. Intelligo: ministra quædam deorū, vt videtur, cura hæc erit. EVT. Prorsus. SOC. Potē sne dicere, ad quid suppeditet medicis cura medicorū ministra? nōne ad sanitatē? EVT. Ad hanc ipsam. SOC. Ministra uero factas eorū qui naues construūt, ad quid illis ministrat? EVT. Ad nauis fabricā. SOC. Et quæ domorū adificatoribus, nōne ad domus constructionē? EVT. Imò. SOC. Dic itaq; mihi uir optime, cura illa ministra deorum, ad cuius operis effectiōne dys obsequitur? perspicuū est te scire, cum diuina te nosse præ ceteris oibus affirmaris. EVT. Et uera loquor ò Socrates. SOC. Dic ergo per Iouē, quid est mirificū hoc opus, quod dij nobis ministrantibus faciūt? EVT. Multa profectō ac pulchra ò Socrates. SOC. Exercitus quoq; duces multa et pulchra efficiunt ò amice: ueruntamen præcipuum dices opus illorū esse in plio superare, an nō? EVT. Quis dñi? SOC. Multa præterea atq; pulchra, ut arbitror, agricultores: summa tamen illorū est, ex terra alimēta colligere. EVT. Prorsus. SOC. Multorū uero, pulchrorumq; facinorum quæ dij perficiunt, quā summa existit? EVT. Etiam paulo antē dixi ò Socrates, prolixo operis esse hæc oīa perfectē cōprehendere. Sic aut nunc tibi simpliciter dico, quod si quis grata dys loqui et agere nouit, nouens, atque sacrificās, hæc sancta sunt: atque hæc officia, tū domos proprias, tū ciuitates conseruant. Contraria uerò impia sunt, & uniuersū peruertunt ac perdunt. SOC. Paucioribus admodū ij dum ò

Definitio sancti incipit apparere.

Omnis cura eō tēdit, vt bonū & utile ei qd curatur asferat.

Præcipuum ducū opus.

Præcipuum opus agricolarum.

Opera Dædali.

Carpitur id, vbi timor, ibi et pudor.

dum ò Euthyphro si uoluisses, summam eorum qua rogabam explicuisses, sed satis apparet, quam non promptus et libens ad me docendum accedas: & nunc utiq; cum in hoc esses, resisteras: quòd si respondisses, fortassis dudum sanctitatem abs te didicissem: nunc autem (neesse est. n. interrogantem interrogatum sequi quacumq; ducit) quid tandem dicis sanctum esse, atq; sanctitatem? nonne scientiam quandam uouendi, atq; sacrificandi? **EVT.** Equidem. **SOC.** Nonne sacrificare est munera dijs offerre? **Vo**uere autem, à dijs petere? **EVT.** Et maxime quidem ò Socrates. **SOC.** Scientia ergo & dijs dandi, & ab ijs petendi hoc quidem pacto sanctitas erit. **EVT.** Perpulchre ò Socrates quòd dicebam intellexisti. **SOC.** Auidus sum ò amice sapientia tua, mentemq; adhibeo, nec excidere quicquam patiar frustra. At mihi dicas oro, quamnam hæc est ministratio erga deos? An esse dicis ab ijs petere aliquid, & ijs dare? **EVT.** Certè. **SOC.** Rectè ab illis petere, nonne est ea petere quibus egemus? **EVT.** Quid ergo? **SOC.** Rectè aut dare, ea quibus indigent illis offerre? Neque enim scitum esset ea alicui quibus non indiget elargiri. **EVT.** Veras narras ò Socrates. **SOC.** Mercatura igitur ò Euthyphro inter deos & homines mutua quaedam sanctitas erit. **EVT.** Mercatura, si sic nominari lubet. **SOC.** At nihil mihi placet, nisi sit uerum. Die ergo, quamnam dijs ex manneribus nostris utilitas. Nam que ipsi dent, nemo est qui ignoret. Nihil. n. nobis est bonum quin illi præbeant: qua uero à nobis accipiunt, quid illis conferunt? An tanto ipsis in hac mercatura præstamus, ut cū nos omnia ab illis bona suscipiamus, ipsi nihil à nobis boni reportent? **EVT.** Num opinaris ò Socrates deos ijs qua à nobis accipiunt, aliqua ex parte iniuari? **SOC.** At quid tandem erunt hæc nostra dona dijs oblata? **EVT.** Quid putas aliud quam honorem, uenerationem, & ut modo dixeram gratiam? **SOC.** Est igitur ò Euthyphro placitum modo dijs sanctū, non aut uile, aut amicū? **EVT.** Reor equidem maxime omnium amicū. **SOC.** Igitur sanctum rursus ut uideo est, quòd sit dijs amicū? **EVT.** Maxime. **SOC.** An est mirum igitur cū hæc dicis, quòd rationes tibi nequaquam consistunt, sed vacillare potius uidentur, ac me ueluti Dædalum culpæ, quòd eas nutare compellam? cum tamen ipse longè admodum artificiosior sis quàm Dædalus, dum ipse facis ut sermones in circulo reuoluantur. An non sentis orationem rursus in idem resuere? Meministi in superioribus sanctū & dilectum deo haud eadem, sed diuersa inuicem apparuisse? **EVT.** Memini. **SOC.** Nunc uero nequaquam animaduertis te sanctum deo amicū dicere: hoc aut nihil aliud est quàm deo dilectum. An non? **EVT.** Omnino. **SOC.** Ergo aut tunc non rectè concessimus: aut si rectè tunc, modo non rectè iudicaremus. **EVT.** Videtur. **SOC.** Igitur à principio rursus quid sanctum sit, examinandum est. Nam ego antequam discam, uolens ac libens ad stare nequaquam uerebor. Sed ne me contemas, imò mentem penitus adhibens quammaximè tunc exprime ueritatem. Nosti enim si quis hominū alius. Neque dimittendus es, quemadmodum Proteus, priusquàm dixeris. Nam nisi liquido sanctum ac prophanum nouisses, nunquam mecenarij cuiusdam gratia, uirum senem & patrem ut reum mortis persequi statuisses, sed deos timuisses, ne fortè minus id rectè aggredereris, atque ho-

minum conspectum ueritas esses. Nunc autem noui quòd sanctum & prophanum nosse plane opinaris. Dic igitur optime Euthyphro, neq; nos celes quid ipsum esse putes. **EVT.** Aliàs ò Socrates, nunc iam alio propero: hora. n. est ut abeam. **SOC.** Quid agis amice? Magna de spe me nunc abiens deiecisti, qua sperabam abs te quid sanctum, quid non sanctū discere, atq; ita Meliti accusatorum euadere, ostendens illi quòd ab Euthyphrone diuinarum sapientiam adeptus fuero, neque uicarius ex mea rudiq; sententia nouum aliquid de diuinis inducturus sim, sed reliquum omne tempus rectius sim uicturus.

PARMENIDES, VEL. DE VNO RERVM OMNIUM PRINCIPIO, ET DE IDEIS.

MARSILII FICINI
ARGUMENT.



V M PLATO per omnes eius dialogos totius sapientie semina sparsit, in libro de Republica, cuncta moralis philosophiae instituta collegit, omnem naturalium rerum scientiam in Timæo, uniuersam in Parmenide complexus est theologiam: cuius in alijs longo intervallo ceteros philosophos antecesserit, in hoc tantum se ipsum superasse uidetur, & ex diuina mentis adytis intimoq; philosophia sacratio caeleste hoc opus diuinitus deprompsisse. Ad cuius sacram lectionem quisquis accedet, prius sobrietate animi mentis libertate se præparet quàm atreclare mysteria caelestis operis audeat. Hic enim diuus Plato de ipso uero subtilissime disputat, què admodum ipsum unum rerum omnium principium est, super omnia, omniaq; ab illo. Quo pacto ipsum extra omnia sit, & in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atque ad illud. Ad huius quèd super essentiam est, unius intelligentiam gradatim ascendit. Unum quippe in triplici ordine reperitur. In ijs que sentiunt, atque sensibus subijciuntur, & sensibilia nominantur. In ijs etiam que semper eadè sunt, & intelligibilia nuncupantur, non sensibus amplius, sed sola mente percipienda. Nec in ijs tantum, uerum etiam supra sensum & sensibilia, intellectumq; & intelligibilia ipsum unum existit. Quamobrè hoc in dialogo Zeno Eleates primo Parmenidis Pythagorici discipulus unum esse in sensibilibus probat, ostendens quòd si hæc multa essent, nullo modo unius natura participantia, errores plurimi sequerentur. Deinde Socrates Zenoni non repugnans quidem, sed cum altius eleuans, ad considerationem unius & uniatum què in rebus intelligibilibus insunt, perducit, ne in hoc uero quòd sensibilibus inest, moretur. Ex hoc igitur ad Ideas inuestigandas perueniunt, in quibus rerum unitates consistunt. Postremo Parmenides ipse senior haud quaquam Socrati contradicens, sed inchoatam contemplationem eius absolvens, integram Idearum explicat rationem. Vbi quattuor de Ideis quæstiones inducit. Primo utrum sint. Secundo quorum Idea sint, & quorum minime. Tertio quales sint, quam uerum habeant. Quarto quò ab ijs que infra se sunt, participantur. Hinc iam ad unum quòd super intelligibilia & Ideas existit, ascendit ipse, nouemq; de illo suppositiones adducit, quinque si unum sit, quattuor si non sit unum, quærens quid utrinque sequatur. Hæc uero suppositiones à triplici unius, & duplici ipsius non esse partitione ducuntur. Unum quippe triplex, super esse, in esse, post esse reperitur. Ipsius uero non esse gemine considerationi subijcitur. Aut enim nullo modo esse, aut partim esse, partim non esse quis cogitat. Prima itaque suppositio trahat, si unum super esse existit, quid circa illud ad ipsum, & ad alia sequitur. Secunda, si unum eū esse est, quò se habet ad seipsum atq; ad alia. Tertia, si unum sub esse ponitur, quid illi ad seipsum atq; contingit. Quarta, si unum super esse consistit, quomodo se habent alia & ad se & ad unum. Quinta, si est illud unum cum esse locatur, quid alijs ad se, & ad illud accidit. Sexta, si non est unum ita ut partim sit, partim minime sit, qua se rone ad se et ad alia habeat. Septima, si non est unum ita ut nullo modo sit, quo pacto se habet ad seipsum atq; ad alia. Octaua, si non est unum ita ut partim sit, partim non sit, quid alijs ad se, et ad illud eueniat. Nona, si non est unum ita, ut nullo modo sit, quid alia ad se, et ad illud denique patiatur.

Novem suppositiones de uno.

Hic uidetur desicere una alia suppositio, quæ dicit, si unum sub esse ponatur quò se habeant alia, & ad se, et ad unum?

In ijs